

DOCUMENTO 3

*Ramiro I de Aragón concede a la catedral de Jaca todos los emolumentos que le correspondían en el mercado y peaje de Jaca y Canfranc.*

Arch. Catedral de Jaca, leg. 1, documentos reales, n.º 2, s. XIV.

Edita P. HUESCA, *Teatro histórico*, VIII, apénd. IV, p. 446.

Edita IBARRA, *Documentos de Ramiro I*, p. 214.

3 Sub Christi nomine et eius inefabili misericordia. Ranimirus gloriosus  
rex et Sancius filius eius, omnibus diuine legis ac christiane religionis cultoribus sub nostro regimine constitutis.

6 Uolumus notum fieri discretioni uestre, quoniam ob perficiendum  
opus per nos inceptum sacratissime basilice Dei et beati Petri piscatoris  
Apostolorum principis Iaccensis, donamus omnes et singulos redditus,  
9 emolumenta que habemus in foro seu mercato de pedagogis  
in Iacca et Campofranco, cum eius scribania de auro, argento, frumento  
seu uino, siue de cunctis rebus quibus uenientes et redeuntes  
sponte ac coacte exoluint nobis tam christiani quam sarraceni ex omnibus  
12 terris atque prouinciis, prout per hedicicia ipsius ecclesie per nos constructa  
manifestatur, scilicet quod eius tectum fiat et perficiatur de crota  
lapidea siue boalta per omnes tres naues sine longitudines incipientes ab  
15 introitu magne porte usque ad altaria maiora que sunt in capite ipsius  
ecclesie, et una turris supra dictam portam, ubi iam incepimus eam hedicicare  
por campanali cum octo campanis, quatuor magnis et duabus mediocris  
et duabus paruis, cum quibus Dominus noster prius pater excelsus  
18 laudari et uniuersus populus euocari possit, cuius tegumen uolumus etiam  
fieri de lapide firmo.

21 Et his autem opperibus iuuante Deo completis, dictos redditus et emolumenta  
exinde uenturos ad nos et sucesores nostros reges iubemus reduci et spectari,  
24 incensi siue turis, qui ardeant omni anno et illuminent dictam basilicam,  
et provideatur ad omnes horas diurnas et ad incensandum etiam nocturnas,  
ut est moris.

27 Pro quibus oley et incensi seu turis provisione omni tempore ministrandis  
in dicta basilica, mandamus de dictis emolumentis uel redditibus fori prefati  
ad nos sucesores nostros spectantibus prouidere et subeniri.

30 Addentes prouide insuper executione et expeditione dicti operis lapidei  
et campanarum assignentur due persone eiusdem ecclesie, uidelicet thesaurarius  
et operarius, qui ad predicta exequenda suas mentes et oculos cotidie solerter  
33 studeant tenere. Comptum quosque de receptis ad administratis omni anno  
dent priori et capitulo ipsius ecclesie, qui nobis et sucesoribus illud monstrare  
in forma sufficienti procurent.